



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Ad Monitivncvla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

sive nolentibus sanctimonialibus virginibus, sive aliis supra-
dictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Ergo si
Lutherus nihil aliud fecisset, quam quod Leonardum
Coppum & Wolffium Tomitsch instigauit, ut nouem
ex Nimicensi Monasterio raperent, & ad se adducerent,
iam de capite periclitaretur, ex vi huius legis.

Nec mitius cum Luthero ageretur, si ex decreto le-
gum Francicarum cum illo transigeretur; nam lib. 5. cap.
232. huiusmodi exstat Capitulare. Si quis raperit, sollici-
tauerit, vel corruperit religiosam faminam, bona amborum
Ecclesia vindicet, in qua talis mulier habitauit. Ipsitamenta-
pitali periculo subiiciantur. Quæ lex repetitur lib. 6. c. 99.
Et negligentibus in punitione huius criminis hæc mul-
eta indicitur. Si vero Comes prouinciae vindictam tali criminis
imponere neglexerit, honore careat, & duas libras aurifissi iu-
ribus dare compellatur. Haec tenus de nuptiis Lutheri.

BREVIS INSTRVCTIO LV- THERI, QVOMODO CATHOLICI EX- CIPERE DEBEANT CLANCVLARIOS Sectarum præcones ac propagatores, sive Lutheranos sive Calvi- nianos.

ADMONITIVNCVLA.

VI LI S erit hæc instructio, ita sentio & testor,
cū vniuersim omnib, tum illis præcipue qui in
ciuitatibus vel prouinciis degunt, in quibus
Hæresi, eiusque buccinatoribus palam nihil
loci relinquuntur. In has enim pestis disseminatores clan-
culum

culum sese insinuare, & virus suum tacite per angulos & latebras spargere consueverunt. At tu, quisquis es, fac, quod hic Lutherus iubet, & ab heretica luce intactus permanebis.

Instructio.

I. Hoc tibi ferendum non est, ut aliquis errorum circumforaneorum sese ad te intrudat, ac priuatim in edibus tuis doceat, quod illis commissum non est. Si vnuus aliquis in domum aut ciuitatem quamquam venerit, producat testes se notum esse, aut signis & literis testatum faciat, docendi officium sebi commissum esse: Neque enim omnibus fides habenda est, Spiritum sanctum se habere iactantibus, & sese in omnes ades ingentibus; quia sunt errones & mastigiae qui carnifici commendandi sunt, nec tolerandi, ubi in aliorum officia sine mandato intrudunt contra Magistratus constitutionem; aut ubi clam & furtim in angulis serpunt, ubi nemini permisum est non vocato aliquid docere, aut semet ingerere. Lutherus in cap. 5. & 7. Matthæi. Tom. 7. Lat. Witeb. Neque enim Deus unquam aliquem misit, nisi vel per hominem vocatum, vel per signa declaratum, ne ipsum quidem filium. Lutherus Tom. 2. Epist. Lat. Epist. ad Philippum fol. 41. Multi quidem sancti fecerunt mirabilia, sed nullus unquam sine vocante Deo vel intus vel foras, qua tamen vocatio probabatur signo aliquo. Lutherus. Tom. 2. Epist. ad Brismanum fol. 117.

Quocirca si quis huius generis elangularius impostor te adoratur, statim pete a quo missus sit. Si dicat, se a Deo eiusq; spiritu missum, probet hoc signis ac prodigiis; quia quando Deus ordinarium statum mutare vult, id nunquam sine miraculorum interuentu facit. Si dicat, se vocatum ab ho-

Ll 3 mine